

ratam à verbis, ut tradunt alii citatis *Jafon* conf. 86. nudo. 16. vol. 3. *Mench*, conf. 921. numero 36. volum. 10. & ideo non sufficere videtur, si in æquivalenti impleatur. Et per hæc patet solutio ad contrariam rationem. Et ideo videtur velle Tridentinum ita consilium liberari novitiorum, ut quicumque ex causa non proficiantur, habeant liberam de illis bonis, quibus renunciaverunt, disponendi facultatem. Et confirmatur in Phormione, ea mortem abire, iuxta illud Terentii in Phormione, *ut mori abire*, & de medio abire. Atque ideo hanc partem sustinet *Navarr.* lib. 3. conf. 10. edit. tit. de statu regularium, tota conf. 1. in 2. tit. de successione ab intestato. *Paffarellus* dicens sic sibi respondisse Congregationem Cardinalium, in privilegio. *Minorem* cap. 37. *Hondelens* conf. 94. num. 8. vol. 1. & conf. 73. num. 16. vol. 2. *Gatierres* quasi. canon. lib. 2. cap. 1. num. 109. & 108. *Manuel* quasi. regular. tomo 2. quasi. 47. art. 12. & tomo 1. summa. in 2. edit. c. 90. num. 6. *Vega* tomo 1. summa cap. 91. in casu 4. *Emmanuel* sua summa verb. religio num. 7. *Sorbus* in compendio privilegiorum Mendicantium, verb. novitius pag. ult. in suis annotationibus vers. & hinc deinde. *Molina* 1. 1. de pñ. disp. 140. col. 1. vers. de alio ergo. *Confessio* in privilegio. *Mendicantium*, in notabilibus positus. post Bullas Apostolicas tit. 15. c. 13. *Thomas* *Zerola* in praxi Episcopali, part. 2. verb. *monialis*, hinc. 11.

50. Hinc deducitur primo, quamvis prædicta renunciatio, & donatio sint irrevocabiles, si sequatur professio, ita ut nec ante illam possint à novitio revocari, ut dicemus infra, possunt tamen revocari antequam professio fiat, quod vocatur casu, quo novitius moriatur ante professionem, quia cum in eo eventu cesset valor prioris renunciationis, aut donationis, est perinde, ac si facta non fuisset. Ergo integrum est novitio de his bonis aliter disponere in eventum mortis ante professionem, quod bene docet *Manuel* duas locis allegatis num. præcedent. Nec hæc dispositio indiget solemnitate hujus decreti, cum sit ultima voluntas. Nec enim potest se obligare irrevocabiler, ita ut non sequatur professio per mortem, vel alio modo, non liceat ei variare, quia Tridentinum eo decreto statuit nullam obligationem novitii vim habere, nisi sequatur professionem.

51. Secundo deducitur, ablatam esse iam controversiam à Doctoribus, quis succedat novitio mortem ab intestato, de qua latè egimus. Si enim etiam facta donatione expressa monasterio, vel alii, ea donatio reddatur irrita novitii morte, & succedant venientes ab intestato perinde ac succederent, si ea facta non esset, à fortiori id erit quando nulla donatio, aut renunciatio novitii præcesserit. Facta dicitur fore esse *Menochius* conf. 394. n. 6. & 9. vol. 1. & hodie care re hoc difficultate tradit bene *Hondelens* conf. 73. n. 16. vol. 2. Atque similiter est correctæ limitatio, quam jure communi approbavimus supra scilicet non pertinere ea bona ad hæredes ab intestato, sed ad monasterium, quando in ipso ingressu contulit novitius ea monasterio: tum quia, si ea donatio non fuit facta cum solemnitate hujus decreti, nempe, bimeftriae professionem, & de licentia ordinarii, est omnino nulla, iuxta dicta supra, & sic perinde est, ac si facta non fuisset: si vero cum hac solemnitate, corruit, quod docet etiam per mortem non sequatur professio, ut ex tunc auctoritatis diximus n. 49. Et ideo bene dixit *Manuel* ibi allegatus, succedere venientes ab intestato non aliter, quam si ea renunciatio, aut donatio facta non fuisset, & *Molina* 1. 1. de pñ. disp. 140. col. 1. vers. de alio ergo, dicit per Tridentinum esse correctam hanc limitationem. Si autem ea donatio facta fuisset ante ingressum, & non contem platione ingressus, ut præsumitur, quando longe ante ingressum facta est, non succedunt hæredes ab intestato, quia ab initio fuisset firma, quia de his non loquitur Concilium, ut probavimus n. 2. & bene docet *Manuel*, q. regular. tom. 2. q. 80. art. 2. statim in principio. Sed si facta fuisset contemplatione ingressus, at ante novitiatum, juxta sententiam, quam retulimus n. 3. dicentem de his loqui Concilium, dicendum est, adhuc succedere hæredes ab intestato, quia illa donatio tamquam non facta bimeftri ante professionem fuit irrita. Si vero teneamus nostram sententiam, quam retulimus n. 4. dicentem, Tridentinum non loqui de hac donatione, erit locus opinionibus relatis supra in ea limitatione, an sicut ea donatio conferret revocata egressu novitii, tamquam facta intuitu ingressus, ita censetur revocata non sequuta professionem per mortem. Ubi tamquam probabilis suspensio non revocatur, atque ita non succedat hæredes ab intestato.

52. A quo autem tempore habeat effectum hæc donatio, ut bona tradenda sint donatorio, an scilicet expectanda sit mors naturalis profecti, ut interim habeat monasterium, diximus supra c. 3. num. 60.

53. Sed dubitabis, an donatione hac facta in monasterii favorem servata forma Tridentini, nempe, de licentia ordinarii, & bimeftri ante professionem, fiat statim bona donata tradenda monasterio. Et videtur statim tradenda, quia Tridentinum ex cap. 16. in fin. dicit novitiis abeuntibus ante professionem omnia restituenda, quæ sua erant: ergo supponit tradita monasterio, alias nihil restituendum esset. At exilimo non posse tradi monasterio usque ad professionem, quia in eo c. 16. postquam decum est de renunciatine novitiis permittit, sic addit: sed neque ante professionem, excepta pñ. & restituta novitiis, vel novitiis illius temporis, quo in

probatione est quicumque prædicta & parentibus, vel propinquis, aut curatoribus ejus monasterio aliquid ex bonis ejusdem traditur, ne hac occasione discedere nequeat, quod totum, vel majorem partem substantiæ sue monasterio possideat, nec facile, si discesserit, id recuperare possit. Et ratio hic tradita militat æque, si facta renunciatine tradatur statim bona. Et nec ipsa novitia possident ea bona, nec quicumque extranei possidentes possunt dare monasterio, quia Tridentinum gratia exempli, & frequentioris usus explicuit non danda noviti bona à parentibus, nec propinquis, nec ejus curatoribus, & sic non ad restringendam decisionem, quod & denotat ratio ibi tradita, ne hac occasione, quæ æque militat, à quocumque tradatur bona. Nec obstat ratio in contrarium adducta, quia multa possunt esse in monasterio licite tradita, ut pertinentia ad novitiam vestitum, ornatum cubilis, & lecti, quæ omnia reddenda sunt, professione non sequuta, & si quid illicite contra id decretum sit monasterio datum.

54. Secunda difficultas circa idem decretum Tridentini est, an sequatur professio, irrita tamen, ita evanescant renunciatine hæc, & donatio à novitiis facta, sicut evanescerent professio non sequuta? Quidam potest dicere validam fore donationem, & renunciatinem, quando donans, aut renuncians novit professionem esse nullam, ut ita se habere diximus atrepto jure antiquo c. 1. n. 29. quod non corrigitur per hoc Tridentini decretum, quippe, ut illi satisfiat, sufficit professionem etiam irritam fieri, quando quis consensit viti renunciat, aut donat, quia ne ex malitia sua commodum reportet, non datur auxilium legis illi, qui contra legem fecit regul. fructus, de regulis iuris in 6. l. non dubium C. de legibus.

55. Sed exilimo exigi in eo Tridentini decreto ad renunciatinem, & donationem cum illius solemnitate factam, sequi professionem validam. Quia Tridentinum potest sequi professionem, & verba sunt intelligenda cum effectibus, & perinde est ad id non fieri, & esse nullam, ut hæc multis Doctoribus allegatis confirmavimus lib. 3. de matrimonii disp. 3. tomo 2. p. præterea, quia Tridentinum consilium voluit libero, ac licito egressu religionis novitum: ac dum professio est irrita professus est verè novitius, & licite egressi potest. Ergo non fuit firma ea donatio, & renunciatine. Nec obstat ratio contraria, quia præponerat libertas egressus novitii, cui omnino Tridentinum consilium voluit, quacumque ex causa fuerit professio irrita. Atque ita docet *Manuel* 2. tomo summa c. 7. n. 6. *Ludovicus Lopez* bene explicans, est sciens professionem nullam donavit lib. 2. de constitutionibus c. 39. q. 3. notat. 6. & supponunt omnes Doctores allegandi num. seq.

56. Hoc tamen temperant aliqui, nisi professio sit irrita defectu legitime ætatis: tunc enim ajunt professio reclamante intra quinquennium, non valitatem renunciatine, sicut & professio revocatur. Si verò intra quinquennium non reclamaverit, sicut nequit novitius allegare professionem fuisse irritam, ut decernitur inter renunciatinem, & professum c. 19. in fine. nec donationem aut renunciatinem, ut testatur revocatur. Ita docet *Sipho specula* resanctarum glof. 2. a. principali n. ult. *Vega* 1. tom. summa c. 91. casu 4. *Manuel* q. regul. 2. tomo qu. 47. art. 11. & tomo 1. summa in 2. edit. c. 90. num. 5. & tomo 2. c. 7. num. 6. qui in hoc ultimo loco addit, firmam quoque reddi cum renunciatine, si obtemperata legitime ætate ratificaverit novitius ille priorem priorem professionem irritam. Sed hanc limitationem non approbo, quia renunciatine hujusmodi professi fuit nulla, utpote, quæ non facta fuit cum solemnitate hujus decreti perentis heri bimeftri proximo professi, & communiter in ætate apta ad proficiendum post id bimeftri, ut probavimus in hoc c. num. 7. Ergo convalereceat nequit sequuta postea legitima professio, si expressa, sive tacita, per quinquennium potest habere locum, quando professio est nulla ratione defectus legitime ætatis ad proficiendum: cum tunc etiam deficiat legitime ætatis ad renunciatinem. At potest habere locum, quando professio est nulla ea ratione, quod non interger annus novitatus transierit, ut si facta renunciatine transierit decem novitatus mensibus, quo tempore fieri debet, & legitime ætate, & postea professio fiat nondum finito novitatus anno, vel quia metu facta, vel aliis de causis. tunc enim cum renunciatine ab initio valuerit, ejusque firmas pendat à professione valide emissâ, quamvis professio sit irrita initio irrita, & sic non confirmat renunciatinem, cum tamen ea adhuc in ipso pristino valore perseveret, confirmabitur utique, quoties illa professio ratificata fuerit alia professione sive expressa, sive tacita valida, sive ante quinquennium, sive post. Et cum lapsus quinquennium non verè inducat professionem talem, quando defuit animus ratificandi, sed solum præsumptam in foro externo, ut probavimus lib. 7. de matrimonio disp. 37. n. 9. in qua disputatione latissime egimus de hoc quinquennio, ita renunciatine, quæ professionem sequitur, ab illaque dependet non erit tunc firma in foro conscientie, sed quoad solum fori externi præsumptionem.

57. Tertia difficultas est, an sicut renunciatine, & donatio à novitio, facta cum solemnitate hujus decreti revocantur non sequuta professio, possint quoque revocari ab ipso novitio volente in religione perseverare? *Menoch.* conf. 388. vol. 4. loquens de quadam donatione, quam

quam mulier ingressura in novitiatum fecit cum hac clausula, ut non aliter sortiretur effectum, nisi sequatur professio, & deinde à n. 19. illam esse conditionalem & n. 34. & 39. tunc, est ea esset valida, posse tamen illam revocari ante professionem. Diciturque, quod id distet inter contrarios ocerolos conditiones, & gratiosos, inter quos nomenclatur donatio, ut illi revocari non valeant pendente conditione; hi autem possunt, idque probat ex doctrina *Baldi* l. qui pignora dant n. 1. n. 1. C. de rebus creditis, ubi hæc ait: factum suum, ex quo nondum est perfectum ius quæsitum alteri, & sic re integra potest qui revocare. Quæ doctrina nil ad hoc probandum confert, quia æque probaret de contrahibus conditionalibus ocerolis, de quibus ipse id negat. Quare doctrina *Baldi* accipienda est, quando nec in spe est ius perfectum quæsitum, ut contingit in quocumque contractu, etiam absolute non dum ab altera parte acceptato. Refert etiam pro hac sententia *Cephalum* conf. 312. n. 137. & 138. vol. 3. qui id non dicit, sed tacitum ait donationem conditionalem non obligare pendente conditione: quod verissimum est, & certissimum. Sed huic patri favet *Altes*, conf. 40. n. 3. vol. 5. ubi ait, tunc neutri contrahenti licere pendente conditione retrocedere, quando contractus est celebratus gratia utriusque: cum ergo donatio non computetur inter hos contractus, utpote, quæ gratia solius donataris fit, licet recedere pendente conditione. Quare *Menoch.* idem dicit in renunciatine, & donatione hujus noviti renunciantis, aut donantis juxta formam Tridentini, utpote, quæ habet similem conditionem, ut non alias sortiarur effectum, nisi professio sequatur, cui sententia favent Doctores afferentes stando in jure antiquo donationem factam à novitio in religionis ingressu, nec revocantur non redire ad hæredes ipso moriente in religione, sicut nec professio, quamvis rediret, si egeretur, ob tacitam conditionem, quam habet, si adit perleverantia in religione: ubi cum addant cum particulam (nec revocantur) aperte videntur sentire eam donationem potuisse revocari ante eventum conditionis. Hi sunt *Abbas* c. in presentia nu. 68. de probat. & ibi *Parisi* n. 187. Sylvest. verb. religio 5. q. 12. *Angelus* verb. novitius, n. 11. & ibi *Armillia* n. 17. *Tabiena* q. 12. n. 13. *Gutierrez* quasi. canon. lib. 2. c. 1. n. 101. *Menochius* conf. 394. n. 3. vol. 4. & de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 84. n. 2. *Azuc.* tomo 1. in pñ. moral. lib. 2. c. 1. §. 4. q. 3. ergo idem sentent in nostro casu, cum similiter donatio hæc tacitam conditionem habeat, si professio sequatur.

58. Ceterum exilimo nulla ratione posse revocari. Ductor, quia, si ea donatio esset revocabilis usque ad professionem, posset quocumque tempore novitatus fieri nulla illius decreti solemnitate posita, ut probavimus nu. 14. Et ideo petit Tridentinum eas solemnitates, quæ statim est donatio irrevocabilis, nisi deficiat conditio. Secundo ducor, quod minus verum sit donationem conditionalem posse pendente conditione revocari: ejus enim oppositum in terminis donationis loquentes tradunt *Angelus* verb. donatio nu. 46. Sylvest. verb. donatio 1. q. 15. in initio n. 19. *Tabiena* verb. novitius nu. 22. *Covarr.* dicens esse probabilissimè juris lib. 1. variarium, c. 14. nu. 16. paulo post medium *Cephalum* conf. 312. nu. 28. & 29. vol. 3. *Molina* tomo 2. pñ. disp. 285. conf. 4. Atque militat eadem ratio in omnibus contrahibus conditionalibus, ob quam nequeunt pendente conditione revocari, nempe, quia ex contracta conditionali non minus oritur obligatio in spe, hoc est, in eventum conditionis, quam ex contracta absolute, & puro obligatio absoluta, & in re, cum uterque contractus sit in suo ordine, & gradu perfectus. Nec exilimo Doctores allegatos num. præced. in pñ. sensisse donationem illam posse revocari; sed tantum ponderant non esse revocantur, ut censetur novitius in eadem voluntate perleverasse. Qualiter autem possit revocari testando diximus n. 50.

59. Ultima difficultas est, cujus sint fructus illorum bonorum, quibus novitius hic renunciavit, quando renunciatio confirmata fuit professione. Verbi gratia bimeftri ante professionem renunciatio novitius annuo redditu, vel rei alteri fructifera in favorem monasterii, vel favorem alterius, insititendo extraneum hæredem, postea transacto bimeftri profectus est, & sic renunciatio illa confirmata fuit, dubitatur an fructus illius bimeftri ante professionem pertineant ad hæredem, sicut, & reliqua noviti bona, an potius sint monasterii, vel alterius, cujus efficitur res illa, cui novitius renunciavit? Ad hujus intelligentiam præmittendum est, duplicem esse conditionem quamdam suspensivam, quamdam autem resolutivam. Suspensiva est, quæ actum ita suspendit, ut sine ullo effectu penitus maneat, a tequam exilist conditio. Resolutiva autem est, quæ non impedit actum esse purum, nec valorem, effectumque ejus suspendit: nam actus purus, & perfectus est, at resolvendus, sine irritis reddendus illa conditione deficientie: quod optimè, & latè alios referentes explicant *Tiraquel.* de contractu convent. §. 2. glof. 1. n. 74. l. si unquam verb. revertatur, in nov. edit. n. 283. C. de revocandis donationibus, & *Menochius* conf. 388. n. 15. usque ad 19. vol. 4. Quare conditio hæc resolutiva non proprie conditio dicitur, sed modus quidam, cum conditionis proprium sit suspendere, & nihil ponere in esse; quare dispositio facta sub conditione suspensiva, dicitur conditionalis: à facta sub conditione resolutiva, dicitur modalis.

60. Est autem latius diffiniri quoad fructuum acquisitionem inter dispositionem verè conditionalem, id est, factam sub conditione suspensiva, & modalem, id est, factam sub

modo, aut conditione resolutiva. Nam si conditio sit suspensiva, sicut nec dominium rei donatæ acquiratur ante impleta conditione, ita nec fructus illius. Ut cum autem impleta conditione retrotrahatur dominium illud? Affirmavit retrotrahi *Dionis* reg. 1. n. 4. de regulis iuris, in 6. Atque nonnullis distinctionibus utitur aliqui, quos refert *Jafon*, l. 1. §. 1. qui pro emptore, n. 312. ff. de usucapion. at *Bart.* ibi nu. 47. & l. si filius, in principio, ff. de verb. obligat. mordicus sustinet non retrotrahi quod ad dominium, & fructuum acquisitionem. Quando autem legatum, aut donatio est sub modo, aut sub conditione solum resolutiva, nemo ambigit, fructus illius legati perfinde statim debere, ac si purum legatum esset, quia, cum nec modus, nec conditio illa suspendat, est revera legatum illud absolutum, & purum, ac statim dominium transiit in legatarium, & proinde fructus ipsi dominium illud sequentes. Quod autem controversetur est, quando resolvitur legatum illud, ea quod conditio resolutiva impleta non sit, an resolvatur, cum fructibus medio illo tempore perceptis? Aliqui enim affirmant, quos refert *Molina* lib. 2. de primogeniis, c. 12. n. 19. & ultra illos id tenet *Gregorius Lopez* lib. 21. verb. senioris tit. 9. p. 6. Sed hanc opinionem appellat fallam *Molina* eo n. 19. dicens hoc distare inter dispositionem puram, sed resolvendam sub conditione, & inter verè conditionalem, quod in hoc posteriori casu non impleta conditione sit res cum fructibus relictis, quia legatarius nullo tempore eorum dominus fuit, nec illos acquirit: in priori autem, cum ante resolutionem contractum, eo quod conditio impleta non est, fuerit verus dominus rei, & fructus acquireret, illos sic retinebat. Quam etiam sententiam probant *Tiraquel.* alios allegans l. si unquam verb. revertatur n. 283. C. de revocandis donationibus, *Menochia* in contravertis usu frequenter, lib. 3. c. 49. num. 1. *Molina* tomo 1. de pñ. disp. 208. col. 7. vers. quia ergo, id bene est limitans. Dupliciter potest esse conditio resolutiva. Priori modo, ut eo ipso quod conditio non impleatur, donatio, aut legatum rescindatur, & deinceps non valeat: & tunc fructus medii temporis pertinent ad donatarium, vel legatarium, solumque amittit rem ipsam legatam, aut donatam. Posteriori modo, ita ut donatio, aut legatum ita revocetur, quasi a principio facta non fuerit, & tunc tenetur legatarius non impleta conditione restituere rem cum fructibus.

61. Hinc deducitur, dispositionem in dubio præsumi potius modalem, quam conditionalem, quia prior est favorabilior, l. ex conditionis, ff. de resanctarum venditione, item, quia conditio dicitur esse quid facti, l. qui heredi, ff. de conditionibus, & demonstrat. At quæ sunt facti, non præsumuntur, l. in bello, §. facta ff. de capt. & pñ. & latè *Menochius* de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 14. & tradunt *Bart.*, *Bald.*, *Pandus*, *Alex.*, *Jafon*, *Dectus*, suos referunt, & sequuntur *Mantica* de conjecturis ult. volunt. lib. 10. tit. 5. n. 12. & 13. ubi & alios refert *Molina* lib. 2. de primogeniis, c. 12. n. 3. *Padilla* l. cum motu n. 8. C. de transact. *Perregrinus* de fideicommissis, art. 11. n. 144. *Hieronymus Gabriel* conf. 5. n. 4. vol. 1. *Menoch.* allegans *Oltradum*, *Ruinum*, & *Tiraquelum* de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 175. nu. 2. & 15. *Ludovicus* de Casanate conf. 9. nu. 14. volum. 1.

62. Punctus ergo præsentis difficultatis eo pertinet, an conditio illa posita in eo Tridentini decreto, ut renunciatio non habeat, nisi secuta professio, sit suspensiva, an potius resolutiva? Et videtur resolutiva, quia, cum verba dubia sint utram ex illis conditionem importent, iudicanda potius est conditio resolutiva, & sic dispositio modalis, juxta tradita num. præced. Ceterum dicendum est, conditionem illam esse suspensivam, ut constat ex illis ejus decreti verbis ibi, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professio. Quippe hujusmodi verba conditionem suspensivam important, ut optimè probat *Menoch.* conf. 388. n. 19. vol. 4. quia significant omnem donationis effectum fuisse in suspensio positum, atque ita interim nullum effectum obtinere; quod est proprium conditionis suspensivæ, quæ nihil ponit in esse: & illa verba, ac non aliter, &c. respiciunt tam præsens, quam futurum tempus, atque ita ab initio impediunt effectum, sicut perfectioem ipsius donationis: non enim fuit dictum, quod si non emitteret monasticam professionem, non valeat, nec revocata dicatur donatio: hæc enim esset conditio resolutiva: sed dixit, quod effectum non habeat, nisi secuta professio, atque ita est suspensiva. Sic in simili casu considerat *Tiraquel.* in l. si unquam verb. revertatur, in nov. edit. n. 283. C. de revocandis donat. ubi hæc ait. *Adulterum* interfectus quibus verbis res agitur. Nemo si ita actum est, ut periculator vendit, nisi melius conditio effectus, non est pura venditio, sed conditionalis, id est, nec usucapitur emptor, nec ad eum fructus pertinent, sed si ita actum est, ut meliore oblata conditione, ab ea discedatur, erit pura venditio, quæ sub conditione resolutiva: quæ casu emptor, & usucapit, & fructus, & accessiones lucratur.

63. Hinc deducitur, cum, in ejus favorem novitius ille renunciavit rei prædictæ fructifera, non lucraturum fructus illius medii temporis renunciatine ultique ad professionem, sed solos fructus a tempore professionis perceptos, quia tunc impletur conditio, & incipit esse dominus rei illius, quod secus esset, si conditio illa in renunciatine subintellecta juxta decretum Tridentini non esset suspensiva, sed solum resolutiva, quod constat ex dictis n. 60. Cujus autem sint fructus illi, constabit ex dicendis.

SUMMARIUM.

Duplicem solemnitatem petit Tridentinum, ut valeat renunciatio novitiorum? n. 64.
An sufficiat licentia Episcopi nondum consecrati, aut nondum confirmati? n. 65.
Quid de licentia Archiepiscopi, cui nondum est collatum pallium? n. 66.
Quid de licentia Capituli sede vacante? n. 67.
Quid de licentia habentium jurisdictionem quasi Episcopalem, & de licentia Archiepiscopi in diocesi suffraganei? n. 68.
Quid de licentia vicarii Episcopi, aut vicarii Capituli sede vacante? n. 69.
Quid de vicario habente jurisdictionem Episcopalem? n. 70.
Quid de vicario Episcopi nondum consecrati, vel Archiepiscopi nondum recepto pallio? n. 71.
Quid de vicario forane, & quando talis dicatur? n. 72.
An possit hic omnes delegare facultatem huius licentiae concedendae? n. 73.
An Praetuli regulares possint eam facultatem concedere in monasteriis exemptis? n. 74.
An in aliquibus religionibus sit usus receptum non exigi licentiam Episcopi? n. 75.
An ea licentia debeat esse in scriptis? n. 76.
An sit sit ea licentia petita, etsi non obtenta? n. 77.
An necessario procedere debeat renunciatio? n. 78.
An sit sit licentia tacita habita ex rationabilione de praesenti, aut futuro? n. 79.
An necessariū fieri debeat renunciatio bimestri integro ante professionem? n. 80.
An id bimestre debeat esse mathematicum, & de momento ad momentum numerandum, & quot alterum, & in anno biflexili? n. 81.
An valeat renunciatio sine facta, si postea differatur professio? n. 82.
Quando factenda est hac renunciatio, si Pontifex dispenser, ut nondum exatit legitima aetas, & anno novitatus professio fiat? n. 83.
An novitio ante finem anni, vel eo finito religionem deserente sine facta renuntiatio, siue non, & postmodum regresso debeat iterum fieri renunciatio, & quo tempore? n. 84.

64. Quæstio ultima. Quas solemnitates petit Tridentinum in his renunciationibus, aut donationibus novitiorum, ut valide sint. Duplex solemnitas in eo decreto petitur. Prior est, ut fiat cum licentia Episcopi, seu eius vicarii. Posterior, ut fiat intra duos menses professioni proximis. Ratio autem utriusque solemnitatis est, ut maiori cum deliberatione, ac libertate renunciatio, & donatio fiat: quippe iam elapsus est decimus mensis post ingressum in novitium, quod sufficiens tempus est ad deliberandum, an expediat renunciatio, necne? Atque iudicis praesentia omnem metus presumptionem excludit, l. final. C. de eo, quod pueris nascitur, & cum aliis tradit Monachibus de recuperanda possessione remota 1. n. 266. Ideo ad excludendas fraudes, metum, preces importunas, ut bona illa relinquuntur monasterio iure optimo petitur licentia Episcopi, aut eius vicarii.

65. Circa priorem ergo solemnitatem advertendum est, sufficere licentiam Episcopi confirmati, nondum tamen consecrati, secus si electus tantum sit, quia a tempore confirmationis competunt Episcopis ea omnia, quae sunt jurisdictionis, quales est hoc, ut probavimus lib. 8. de matrimonio disp. 2. n. 11. & lib. 2. huius tractatus c. 11. n. 3. & in simili diximus circa potestatem dispensandi, lib. 4. huius operis c. 38. n. 7.

66. Major difficultas esse poterat de Archiepiscopo consecrato, qui nondum pallium recepit, an possit concedere hanc licentiam? Quæ difficultas generaliter habet locum in omnibus ad jurisdictionem pertinentibus, ut sunt omnes dispensationes, & abolutiones, & similia. Et dicendum est posse, quia tantum interdictum Archiepiscopo ante receptum pallium cogere concilium, & ea, quæ ad ordinem Episcopalem pertinent, exercere, non vero quæ sunt jurisdictionis, quæ facta confirmatione ante receptum pallium exercere potest, ut diximus loco citato lib. 4. huius operis c. 38. n. 9.

67. Eandem licentiam potest concedere Capitulum Sede vacante, quia illud succedit in omnem ordinariam jurisdictionem Episcopi competentem, ut probavimus in hoc tractatu lib. 2. c. 11. num. 4. & in simili diximus lib. 4. c. 38. num. 17.

68. Poterunt etiam eam concedere Abbates, & alii Praetuli habentes jurisdictionem quasi Episcopalem, nullique Episcopo subiecti in suis diocesium, non autem Archiepiscopus in diocesi suffraganei. Quia illos gaudere omni jurisdictione, hos autem minime, probavimus eodem lib. 2. c. 11. n. 5. & lib. 4. c. 38. n. 11. & 19. Quod intelligo respectu Archiepiscoporum, nisi Episcopo eam denegante licentiam devolveretur per appellationem causa ad Archiepiscopum; tunc enim potest Archiepiscopus, utpote qui in ea causa jurisdictione gaudet, eam licentiam impertiri. Quia in causis appellationis est legitimus iudex c. 1. de off. delegat. & c. duo de off. ordin. & diximus eo lib. 4. c. 38. n. 12.

69. Rursus eam licentiam potest concedere Vicarius Episcopi, quia expressè id dicitur in hoc Tridentini decreto, & quamvis possit aliquis exilimare id non posse vicarium Capituli Sede vacante, quod decretum hoc expressam mentionem faciat vicariis Episcopis, qualis non dicitur vicarius Capituli Sede vacante, ut ex Felino rectius lib. 8. de matrimonio disp. 27. n. 33. sed absque dubio dicendum est, id posse hunc vicarium; tum quia eam Felini doctrinam rejicimus eodem n. 33. probantes nomine vicarii Episcopi intelligi vicarium habentem jurisdictionem Episcopalem, qualis est vicarius huius Capituli: tum etiam quia esto ea doctina esset vera, loquitur de jurisdictione delegata vicario Episcopi, quæ quidem cum strictè intelligenda sit nihil mirum est, si de veri Episcopi vicario accipienda sit. Quare ea doctrina non est extendenda ad ordinariam vicarii jurisdictionem, qualis est hæc, utpote per Tridentinum, quod ius commune constituit, concessa.

70. Quare idem dicendum est de vicariis quorumcumque Praetorum jurisdictionem Episcopali in sua diocesi gaudentium, quia censentur vicarii Episcopi, id est, habentium jurisdictionem quasi Episcopalem, ut in jurisdictione delegata vicariis Episcopis probavimus lib. 8. de matrimonio disp. 27. num. 34. Nondum in hac, quæ ordinaria est, verum habebit.

71. Et sicut diximus num. 65. posse Episcopum confirmatum, sed nondum consecratum concedere hanc licentiam, & num. 66. posse id Archiepiscopum ante pallii receptionem, similiter idem proinde dicendum est de eorum vicariis, ut etiam in jurisdictione delegata probavimus ea disp. 27. num. 35.

72. Non tamen integrum erit vicariis foraneis hanc licentiam concedere absque expressa commissione sibi facta, quia cum analogam per se sumptum iter pro famosiore significato, nomine vicarii absolute prolati in hoc decreto solus vicarius generalis Episcopi, qui ordinarius est, & simpliciter vicarius appellatur, comprehenditur, non autem vicarius foraneus, quem delegatum esse probavimus lib. 3. de matrimonio disp. 29. num. 10. & vicarius secundum quid appellatur, ut ibidem probavimus, quamvis is vicarius foraneus constituitur ad universitatem caularum in illo loco, & ibi num. 11. satis explicuimus, quando dicitur Vicarius generalis, & quando foraneus.

73. Possuntque facultatem huius licentiae concedendæ delegare alteri tam Episcopi, & habentes jurisdictionem Episcopalem, quam eorum Vicarii, quia cum hæc jurisdictio sit in iure communis per Tridentinum constituta annexa perpetuo non personæ, sed dignitati, vel officio, horum est ordinaria, & consequenter delegabilis, ut latè probavimus lib. 2. de matrimonio disp. 40. n. 14.

74. Sed quæres an Praetuli regulares possint eam facultatem concedere in monasteriis exemptis? Quidam id exilimare possent, censentes ita intelligi Tridentinum, ut Episcoporum sit eam licentiam concedere in monasteriis sibi subiectis, at in exemptis id pertinere ad Praetulos regulares, sicut ad ingrediendum monasteria monialium Episcopo subditarum exigitur licentia; si autem exemptæ sint, Praetuli sui regulares: ut tradit Navarr. comment. 4. de regular. num. 60. sic intelligens decretum Tridentini scilicet 25. de regular. cap. 9. petens licentiam Episcopi ad ingressum in huiusmodi monasteria. Secundo possent duci, quod Episcopus nulla jurisdictione potuit in monasteria exempta, sed solis Praetulis regularibus subint, quod non tantum quod professos, sed etiam quo ad novitios intelligendum diximus hoc tractatu. Cæterum dicendum est, in utriusque monasteriis exigi licentiam Episcopi, vel eius Vicarii, nec necessariam esse, nec sufficere licentiam Praetuli regularis. Ductor quia decretum hoc, virtute cuius Episcopi, aut eius Vicarii licentiam petit, quando autem aliud voluit, id expresse, ut in dicto cap. 9. petens licentiam Episcopi, vel alterius superioris, & ideo ea doctrina Navarii, quæ verissima est, huic decisioni non obstat. Minus etiam obstat novitios religionis exemptæ non subdi Episcopo, quia id verum est, præter casus, in quibus Tridentinum eos Episcopis subiecit, ut fecit in hoc cap. 16. & cap. 17. seq. Et ideo hanc partem sustinet Manuel gress. regular. tom. 2. g. 47. art. 14.

75. Affirmant tamen quidam in aliquibus religionibus ab illis in defectu ordinem petere hanc licentiam ab Episcopo, & ideo in illis non esse necessariam. Sic Manuel 2. tom. summa, cap. 7. num. 1. in fin. Vega 2. tom. summa, cap. 50. casu 3. & bene quidem dicunt, si ea consuetudo ita legitime præscripta sit, ut contra hoc Tridentini decretum vires obtineat. Quare tutissimum est, ne renunciationis valor litigio exponatur, & incumbar monachis probare hanc legitimam consuetudinis præscriptionem, exigere licentiam Episcopi, aut Vicarii, maximo enim exponitur periculo, ea non petita, cadendi causa.

76. Hactenus egimus de potentibus hanc licentiam concedere, supersit in hac priori solemnitate tradendum de ipsius licentiae qualitate. Et eundem non exigi licentiam in scriptis, manifesti juris est, quod Tridentinum nullam scripturæ mentionem fecerit, & ubi in scriptis eam obtinendam voluit, id expresse, ut fecit eodem scilicet 25. de

regularib. c. 5. tractans de licentia ad ingrediendum monasteria monialium. Item, quia omnis dispositio potest fieri verbo, nisi lex requiratur ad actus valorem scripturam, ut probavimus, adducendo alio simili lib. 2. de matrimonio, disp. 36. num. 10. Quamvis autem ea licentia in scriptis necessaria non sit ad valorem renunciationis, est tamen utilisissimum eam in scriptis obtinere cum notariis subscriptione fidem de ea facientis, ut si forte de eius valore si moveatur allegato licentiae huius defectu, possit in foro externo fides de illa fieri.

77. Nec satis est petita, sed debet esse obtenta, ut in simili probavimus ea d. 13. quia decretum hoc dicit, cum licentia: at non dicitur cum licentia fieri, quando ea solum petitur est. Item, quia c. licet, de regular. ubi exigitur licentia tantum petita, id exprimitur.

78. Hec autem licentia præcedere debet: quia licet in aliis rebus, ut in testamento professi dicemus infra, non sit modica difficultas, an sufficiat licentia subsequens: at hic non militat rationes, quæ probant sufficere in illo casu licentiam subsequi: quod hæc renunciatio non sit actus ultime voluntatis revocabilis (ut dici solet) usque ad mortem, sed statim firmus omnino, & validus sit, & cum ad sui valorem indigeat licentia, ea necessario debet præcedere, iuxta regulam, quam tradidimus lib. 3. de matrimonio disp. 35. n. 18. & 24. ubi & n. 19. probavimus licentiam eodem die renunciationis concessam præsumi præcedere, ubi non constat ultra præcellerit: si tamen renunciatio illa fieret sub conditione, si postea Episcopus approbet, facta erit approbatio superveniens, ut in simili probatum est supra c. 2. n. 29.

79. Atque satis est eam esse tacitam, habitam ex rationabilione de praesenti, nec sufficit rationabilio de futuro, quia requiritur ad valorem actus, ut in simili probavimus lib. 3. de matrimonio c. 11. n. 11.

80. Circa posteriorem autem solemnitatem petitam in hoc decreto, nempe, ut renunciatio, & obligatio fiant intra duos menses professioni proximis, id observandum est, non exigi, ut hæc fiat integro bimestri ante professionem; sed satis esse toto eo bimestri fieri, quamvis immediate ante professionem. Constat, quia Tridentinum dicit in eo decreto, intra duos menses proximos ante professionem; nec dixit, ut fiat bimestri ante illam, sed ulum est particula (intra) ac facta toto illo spatio, dicuntur facta intra duos illos menses. Item, quia finis eius decreti fuit, ut hæc maturiori consilio, ac deliberatione fierent. At es major est deliberatio, quo longius est novitatus tempus, ac professioni propinquius.

81. Immo aliqui exilimant eam renunciationem non irritari, si modica distantia ante id bimestre fiat, quia ea distantia non mathematico modo, sed morali accipienda est. At moraliter loquendo, dicitur intra duos illos menses fieri, quod pauid ante sit. Sic Lalius Zechius de Repub. ecclesiast. tit. de regular. c. 2. n. 14. limitat. 8. & pro se refert Thomam Zanolam in praxi Episcopali, p. 1. verb. monachi in fine, ubi id satis innuit, quamvis non ita expresse id dicat, sed confusè loquatur. Sed exilimo computandos esse hos duos menses de momento ad momentum, & secundum quod occurrit mensis in Calendario, & quod ex illo mense decit, accipitur de sequenti, & ita habebit ille mensis triginta dies, vel triginta unum, vel viginti oho, ut in Calendario occurrerit: & si occurrat annus biflexilis, computandum est tempus die correspondenti posteriori illi diei. Ducor, quia Tridentinum disponit a quo tempore bimestre illud incipere debeat, nempe, a die professionis futuræ, in quo eventum computatur dies de momento ad momentum, ut occurrerit in Calendario, sicut probavi lib. 2. de matrimonio disp. 24. n. 15. ubi exemplis id declaravi. Insuper petit determinatum aetatem, nempe eam, quæ satis est ad proferendum post bimestre, ut diximus n. 7. At ea aetas computatur de momento ad momentum etiam in anno biflexili, ut supra dictum est lib. 6. huius operis, c. 4. n. 4.

82. Nihil autem refert facta semel renunciatione bimestri illo ante professionem legitime faciendam, ut quia transactio bimestri est completa aetas, & annus novitatus, differri professionem, ex quacunque causa dilatio contingat: adhuc enim valida erit renunciatio, quia cum lex ea, quæ frequentius contingit, spectet l. nam ad ea ff. de legib. & professio attentio iure, & frequentius fiat completis aetate debita, & anno novitatus, decretum hoc petens renunciationem fieri bimestri ante professionem, intelligendum est de bimestri proximo tempore, quo regulariter professio fieri debet. Item, quia in hac renunciatione salvatur omnino mens Tridentini, quæ fuit, ne temere fervoribus vocationis ductus novitius renunciet, sed quando debita maturitate expertus est decem mensibus religionis aulteritates. Facit Menchius conf. 388. n. 7. vol. 4. ubi rationem, cur bimestri ante professionem faciendū sit renunciatio, reddit his verbis. Cum eo tempore iam sint novitii plene probati, & debitorum evitanda professio iam manifesta satis appareat cursu deum mensum. Hæc ille.

83. Quod si e contra ex dispensatione Pontificia novitius non mense professurus esset, vel minor sexdecim annis, atque ita abbreviaretur tempus professionis iure præscriptum, posset aliquis censere, sufficere bimestri ante id professionis tempus renunciationem hanc fieri, quia dispensatio, quan-

tumvis stricti juris sit, extenditur ad connexa, ut probavi lib. 8. de matrimonio disp. 1. n. 19. Cum ergo ex hoc decreto connexum sit professio, ut renunciatio fiat bimestri ante illam, dispensatio, ut fiat professio ante legitimam aetatem, extenditur quoque ad hanc renunciationem bimestri proximo faciendam. Præterea, quia si non posset renunciatio fieri, nisi servata forma huius decreti, novitius ille nullo tempore posset bonis renunciare, quia iam decimo mense erit professus. Sed verius credo, non posse renunciare bimestri illo ante professionem, sed renunciationem debere fieri proximè professioni, ut eodem die, vel præcedenti. Ducor, quod dispensatio non extenditur ad accessoria separabilia, sed ad necessario inseparabiliter connexa, ut diximus eodem disp. 1. n. 19. & 20. At non est inseparabiliter connexum, ut renunciatio fiat integro bimestri ante professionem: Tridentinum enim id spatium concedens egit de professione completis legitima aetate, & anno novitatus facta, ergo ea dispensatio non extenditur ad totum id tempus. Sed quia professio est annexa facultas disponendi antea de bonis, utpote quod post professionem fieri nequit, dicendum est, dispensationem illam extendi, ut renunciatio fiat ante professionem, etiam non servato omnino tempore designato per Tridentinum, quia servari nequit, erit tamen servandum in quantum fieri potest, facta renunciatione proximè professioni, credendum enim est, Pontificem, quam minimum fieri potest, voluisse derogare Tridentino: sic enim servabitur, in quantum fieri potest, maturā deliberatio ante renunciationem in eo decreto petita.

84. Tandem circa hanc solemnitatem id observandum est, si novitius ante finem anni religionem deserat sine facta, siue non facta renunciatione, atque iterum penitentia ductus redeat, renunciationem illam, quæ eo egressu irrita facta fuerat, minime convalescere: id enim nullo iure cavetur, sicut nec computatur illud novitatus tempus. Quare sicut novitatus inchoandus est, ut probavimus lib. 5. huius operis c. 4. n. 31. ita tempus illius renunciationis inchoandum est, & solo bimestri ante professionem finito anno novitatus faciendam debet fieri. Si tamen absoluta novitatus anno egredietur novitius, indigeret nova renunciatione, quia prior illa, etsi legitimo tempore facta, corruit egressu, ac proinde repetenda est, ut valeat. Sicut autem non requiritur novus annus novitatus, sed potest statim atque ingressus fuerit hanc facere, siue differatur professio, siue non.

CAPUT VI.

De solemnitatibus aliis ultra petitis per Tridentinum ad renunciationis novitiorum valorem.

SUMMARIUM.

An ad firmitatem huius renunciationis, ne monasterium illa non obstante succedat, exigitur, ut monasterium consentiat renunciationi novitii, & renunciatio hereditatis habeat tacitam conditionem, si ea renuncians deseratur? refertur quadam sententia, n. 1.
Explicatur sententia Auloris, n. 2.
An consilium sit, quod interveniat quoque consensus monasterii? n. 3.
An in renunciatione hereditatis, vel legati, siue delata, siue non delata sint, exigitur consensus monasterii, an prius sufficiat solius Praetuli absque solemnitatibus in alienatione bonorum Ecclesiæ petitis, peccetque, renaturque resistere, si absque causa renunciet? n. 4.
Quid si hereditas esset adita a novitio ante professionem? n. 5.
An valeat venditio facta monasterio absque predictis solemnitatibus relata in tempus professionis? n. 6.
An sufficiat renunciatio tacita monasterii? n. 7.
An in alienatione bonorum Ecclesiæ, & in hac renunciatione exigitur triplex tractatus? n. 8.
An si quis renunciet subcommissio conditionali, ad quod vocabatur, conditione impleta post professionem, succedat monasterium? n. 9.
An monasterio, vel ingredienti religionem competat, ius irritanda renunciationis ratione enormissima lesioni, ubi competens dos assignata est? n. 10.
Quid si nulla dos recipiatur? n. 11.
An pactum iurejurando firmatum, seu bonorum renunciatio hæc lege, si ingressus fuero religionem, valeat? n. 12.
An in hac hereditatis renunciatione debeat fieri mentio legitimæ? n. 13.
An debeat quoque fieri mentio bonorum, quæ filii prioris monasterii referuntur, transmittuntur parentibus ad posterum? n. 14.
An oportet mentionem fieri cuiuscumque hereditatis siue ex testamentis siue ab intestato? n. 15.
An oportet explicare renunciationem fieri, etiam si omni posteriori deficiat? n. 16.
An oportet libertatem relinquere parentibus, ut quoquo modo velint de ea disponant? n. 17.
An in hac renunciatione desiderantur solemnitates iure civili petite? n. 18. & 19.
An desideretur iuramentum? n. 20.